

regi amon reorum. habitatori esbon.
Peruerserunt igitur et hunc cum fi-
lijs suis uniuersumq; poplū eius
usq; ad intermissionem. et possede-
runt terram illius.

LXXII; **P**rofetiq; castrametati sunt in cā-
pestrib; moab: ubi transiordanen-
ibericho sita est. Uidens autē balac
filius sephor omnia quē fecerat isrl
amor reo: et quod p̄cūmūssent cum
moabite et impetum eiū ferre n̄
possent: dixit ad maiores natu ma-
dian. Ita delectit hic populus. om-
nes qui in n̄is simib; commorant:
quomodo solet bos herbas usq; ad ra-
dices carpe. Ipse erat eo tempore
rex in moab. Misit ergo munitos ad
balaām filium beorariolum qui ha-
bitabat sup flumen terre filiorum
ammon. ut uocarent eum: et dice-
rent. Ecce egressus est populus ex
egypto. qui operuit sup faciem terre:
sedens contra me. Veni igitur et ma-
ledic populo huic qui fortior me
est: si quo modo possim p̄cutere et
eicare eum de terra mea. Noli enim
quod benedictus sit cui benedixeris:
et maledictus in quē maledicta con-
gesseris. Perrexerunt seniores moab
et maiores natu madian: habentes
diuinationē p̄tium in manibus. Cūq;
uenissent ad balaām et narrassent
ei. omnia uerba balac: ille respon-
dit. Manete hic nocte: et responde-
bo quicquid michi dixerit dñs. Ma-
nentibus illis apud balaām: uenit
dñs et ait ad eum. Quid sibi uolunt
homines isti apud te? Respondit.
Balac filius sephor rex moabitarū
misit ad me dicens. Ecce populus q̄

egressus est de egyp̄to: operuit sup faciem
terre. Veni et maledic ei: si quo modo
possim pugnans abigere eum. Di-
xit dñs ad balaām. Noli ire cum eis.
neq; maledicas populo: quia benedi-
ctus est. Qui mane consurgens: dixit
ad principes. Ne in terram urām: qđa
prohibuit me deus uenire uobis. Cu-
miseris itaq; principes: dixerunt ad
balac. Nolunt balaām uenire nobis
cum. Rursum ille multo plures inobilore q̄
ante miserat misit. Qui cum uenis-
sent ad balaām: dixerunt. Sic dicit
balac filius sephor. Ne cunderis ue-
nire ad me. paratum honorare te:
et quicquid uolueris dabo tibi. Ueni
et maledic populo isti. Respondit
balaām. Si dederit michi balac ple-
nam domum suam argenti et aurum:
non potero immutare uerbum dñi
dei mei. ut plus uel minus loquar.
Obsecro ut hic maneat etiam in
hac nocte: ut scire queam qđo michi
rursum respondeat dñs. Venit ergo
dñs ad balaām nocte: et ait ei. Si uo-
care te uenerunt homines isti. sur-
ge et uade cum eis: ita dum taxat
ut quod precepere tibi facias. Sur-
rexit balaām mane: et strata asina
sua prosternit est cum eis. Et iuratus
est dñs. Scimusq; angelus dñi in uia
contra balaām qui sedebat sup asinā:
et duos pueros habebat secum. Cer-
nens asinā angelum stantē in uia
euaginato gladio. auerterit se de iu-
ncta: et ibat pugrum. Quam cum
uerberaret balaām et uellet ad semi-
tam reducere: stut angelus in angu-
stis duarū maceriarum. quib; ui-
næ cingebantur. Quem uidens asina

inxit se parieti: et acriuit sedens pedem. At ille iterum uerberabat. Et nichilominus angelus ad locum angustum transiens. ubi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiri: obuius stant. Cumq; uidisset asina stantem angelum: cedit sub pedibus sedentis. Qui iratus: uehementius cedebat fuisse latra. Aperuitq; dñs os asinę: et locuta est. Quid faci tibi? Cur punitis me esse iam tertio? Respondit balaam. Quia commeruisti: et illufisti michi. Ut uiam habere gladium: ut te punitrem. Dixit asina. Nonne animal tuum sum. cui semper sedere consueuisti usq; in presentem diem? Dic quid simile umquam fecerim tibi? At ille ait. Numquam. Proinus aperuit dñs oculos balaam: et uidet angelum stantem in uia euaginatum gladium in manu tenentem. Adorauitq; eum pronus interram. Cui angelus. cur inquit tertio uerberas asinam tuam? Ego ueni ut aduersarer tibi: quia puer sa est uia tua michiq; contraria. Et nisi asina declinasset de uia dans locum resistenti: te occidisse. et illa uiueret. Dixit balaam. Petavi: nesciens quod tu stares contra me: Et nunc si dispiacet tibi ut uadā: revertar. Ait angelus. Vade cum istis: et caue ne alius quam precepero tibi loqueraris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audisset balac: egressus est in occursum eius. in oppido moabitum. qđ sicut est in extremis simib; arnon. Dixitq; ad balaam. Misisti uimios: ut uocarent te. Cur non statim uenisti ad me? An

quia mercedem aduentui tuo reddere non queo? Cui ille respondit. Ecce adsum. Numquid loqui poteris aliud. nisi qđ deus posuerit in ore meo? Perrexerit qđ simul et uenerit in urbem. que in extremis regni eius simib; erat. Cumq; occidisset balacobus et oues: misit ad balaam et principes qui cum eo erant munera. Mane autem facto: duxit eum ad excel sa baal. et intutus est extremanam partem populi. Orixq; balaam ad balac. Edificata michi hic septem aras: et parva tamen uiculus. eiusdem numeri arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem balaam: imposuerunt simul uiculum et aritem super aram. Dixitq; balaam ad balac. Sta paulisper iuxta holocaustum tuum. donet uadā si forte occurrat michi dñs: et quodcumq; imperauerit loquar tibi. Cumq; abiisset uelociter: occurrit ei dñs. Locutusq; est ad eum balaam. Septem inquit aras etxxi: et imposuit uiculum et aritem desup. Dominus autem posuit uerbum in ore eius: et ait. Reuertere ad balac: et hoc loqueris. Reuersus inuenit stantem balac iuxta holocaustum suum: et omnes principes moabitum. Assumptaq; parabola sua: dixit. De aram adduxit me balac rex moabitum: de montibus orientis. Vnde inquit et maledic iacob: prospera et detestare isrl. Quomo maledicam. cui non maledixit dñs? Qua ratione detester. quē dñs non detestatur? De summis silib; uidebo cum: et de collibus considerabo illū. Populus solus habitabit: et inter

XXXIII;

gentes non reputabitur. Quis dimu-
 merare possit puluerē iacob. et nos
 se numerū stirpis iisit. Moriatur
 anima mea morte iustorū. et siant
 nouissima mea horum similia. Di-
 xitq; balac ad balaām. Qui d est
 hoc qd agis. Ut maledicentes immi-
 cis meis uocauit te. et tu ē contrario
 benedicas eis. Cui ille respondit.
 Num aliud possum loqui. nisi quod
 iussent dñs. Dixit ergo balac. Ueni
 metū in alterum locum unde partē
 israhelis uideas. et totum uidere
 non possis. Inde maledicito ei. Cūq;
 duxisset eum in locum summum
 sup uerticem montis phasga. edifi-
 cauit balaām septem aras. Et impo-
 sitos supra uitulo atq; arietes. dixit
 ad balac. Sta hic iuxta holocaustū
 tuum. donec ego p̄gām obuius. Cui
 cum dñs occurrit. posuissetq;
 uerbum in ore eius. ait. Reuertere
 ad balac. et hęc loqueris ei. Reuer-
 sus inuenit eum stantē iuxta holo-
 caustum suum. et principes moabi-
 tarum cum eo. Ad quē balac. Quid
 inquit locutus est dñs. At ille assūp-
 ta parabola sua. ait. Sta balac et au-
 sculta. audi fili sephbōr. Non est dñs.
 quasi homo ut mentiatur. nec ut
 filius hominis ut mutetur. Dixit
 ergo et non faciet. locutus est et n̄
 implebit. Ad benedicendū ad du-
 cūs sum. benedictionē prohibere
 non ualeo. Non est idolū in iacob.
 nec uidetur simulachrum in iisit.
 Om̄s deus eius cum eo est. et clangor
 iutorię regis in illo. Deus eduxit
 eum de egyp̄to. cuius fortitudo si-
 milis est rinocerōtis. Non est augu-

rium in iacob. nec diuinitio in iisit.
 Temporibus suis dicitur iacob et iisit.
 quid opatus sit dñs. Ecce populus ut
 lepra consurget. et quasi leo erigetur.
 Non accubabit donec devoret predā.
 et occisorū sanguinē bibat. Dixitq; ba-
 lac. ad balaām. Nec maledicas ei. nec
 benedicas. Et ille ait. Nonne dixi ubi.
 quod quicq; michi deus imperaret
 hoc facerem. Et ait balac ad eum.
 Veni et ducām te ad alium locum.
 si forte placeat deo ut maledicas eis.
 Cumq; duxisset eum sup uerticem
 montis phasga qui respiciat solitudi-
 nem. dixit ei balaām. Edifica michi
 hic septem aras. et para tūdem ui-
 tulos. eiusdemq; numeri arietes. Fe-
 cit balac ut balaām dixerat. impo-
 sitos. uitulos et arietes per singulas
 aras. Cūq; uidisset balaām quod
 placaret dñs ut benedicret israheli.
 nequaquam abiūt ante pertinet.
 ut auguriū quereret. sed dirigens con-
 tra desertum uultum suum. et cluans
 oculos. uidit iisit in tentorijs comino-
 rante in tribus suas. et in uente in se-
 spū dñi. assumpta parabola ait. Di-
 xit balaām filius beōr. Dixit homo
 cuius obturatus est oculus. Dixit audi-
 tor sermonum dei. qui uisionem om-
 nipotentiis intuitus est. qui cadit et sic
 apuntur oculi eius. Quam pulchra
 tabernacula tua iacob et tentoria
 tua iisit. ut ualles nemorose. ut oru-
 iuxta flumios irrigui. ut tabernacu-
 la quę fixit dñs. quasi cedri propter
 aquas. Fluat aqua de fistula eius.
 et semen illius erit in aquas multas.
 Colletur ppter agag rex eius. et au-
 fertur regnum illius. Deus eduxit

xxiii;

cum de egyp̄to: cuius fortitudo simili est r̄mocrois. Deuorabunt gentes hostes illius: ossaq; eorū confringent et p̄forabunt sagittis. Accubans dor inuit ut leo: et quasi leēna. quā sus citare nullus audet. Qui benedixit ubi erit ipse benedictus: qui maledixerit. in maledictionem reputabitur. Iratusq; balac contra balaām: complosis manibus ait. Ad maledicendum inimicis meis uocauit te: quib; econtrario tercio benedixisti. Reuertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnifice honorare te: sed dñs priuauit te honore disposito. Respondit balaām ad balac. Nonne numeris tuis quos misisti ad me dixi. si dederit mihi balac plenā domū suam argenti et aurī. non poterō preterire sermonem dñi dei mei. ut uel bo in quid uel malū p̄strām excorde meo. sed quicqđ dñs dixerit hoc loquar. Veruntamen pergens ad populum meum. dabo consilium quid populū tuus huic populo faciat. extremo tempore. Sumpta igitur parabola: rursum ait. Dixit balaām filius b̄cor. Dixit homo cuius obtutus est oculus. Dixit auditor sermonū dei. qui nouit doctrinā alissimi. et iunctiones omnipotens uidet: qui cadens aptos habet oculos. Videbo eum sed non modo: intuebor illum sed non prope. Orientur stella ex iacob. et consurget uirga ex isrl: et patiet duces moāb. ua stabitq; omnes filios seb. et erit idu mea possessio eius. Hereditas serendet inimicis suis: isrl uero fortiter agit. De iacob erit qui dominetur:

et p̄dat reliquias ciuitatis. Cumq; uidisset amalech: assumens parabolam ait. Principium gentiū amalech: cuius extrema p̄dentur. Vidi quoq; cinquā: et assumpta parabola ait. Robustum est quidem habitaculum tuum: sed si in petra posueris nudum tuum. et fueris electus de stirpe cain. quamdiu poteris permanere. Assur enim capiet te. Assumptaq; parabola: iterū locutus est. Hei. quis uicturus est quando ista faciet deus. Ulement in trierib; de italia: superabunt assyrios. uastabūm: hebreos. et ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitq; balaām: et tecum uersus est in locum suum. Balac quoq; uia qua uenerat rediit. xxv;

Morabatur autē eo tempore isrl in seb̄im: et fornicatus est popl̄s cum fibibus moāb. Quę uocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comedebunt et adorauerunt deos earum. Iniciatusq; est isrl beelphegor. Et iratus dñs. ait ad moysen.olle cum d̄cos principes populi. et suspende eos contra solem in patibulis. ut aueratur furor meus abisit. Dixitq; moyses ad iudices isrl. Occidat unus quisq; proximos suos: qui iniiciantur beelphegor. Et ecce unus de filiis isrl iniiciavit coram fratribus suis ad scortum madianiten. uide te moysē et omni turba filiorum isrl: qui s̄lebant ante forest tabernaculi. Quod cum uidisset sinec filius eleazar filij aaron sacerdos. surrexit de medio multitudinis. Et arrepto pugione. ingressus est post uirū israelitem in lupanar. et p̄fodit

ambos simul. virum scibit et mulierem in locis genitalibus. Cessavitque plaga a filiis Israhel. Et occisi sunt virginis quatuor milia homines. Dixitque dominus ad moysen. Fines filius eleazar filij aaron sacerdos auerterit iram meam a filiis Israhel: quia zelo meo commotus est contra eos. ut non ipse delarem filios Israhel in zelo meo. Igitur loqueret ad eum. Ecce do ei pacis sedem mei. et erit tam ipsi quam semini illius pactum sacerdotum semperernum: quia zelatus est pro deo suo. et expiavit sanctus filiorum Israhel. Erat autem nomen viri Israhel qui occisus est cum madianite. zambri filius falludux de cognatione et tribu symeonis. Porro mulier madianita quipariter interficita est: uocabatur cozbi filia sur: principis nobilissimi madianitarum.

CXXVI;
Locutusque est dominus ad moysen: dicens. Hostes uos sentiant madianite. et percute eos: quia et ipsi hostiles ergerunt contra uos. et deinceps infideli per idolum phogor. et chozbi. filiam ducis madian sororem suam. que perfusa est in die plage pro sacrilegio phogor. Postquam noxiorum sanguis effusus est.

Dixit dominus ad moysen. et eleazarum filium aaron sacerdotem. Numera omne suminam filiorum Israhel a virginis annis et supra per domos et cognationes suas. cunctosque qui possunt ad bellum procedere. Locuta sunt itaque moysen et eleazar sacerdos in campis tribus moab. supra iordanem contra ihericho

ad eos qui erant virginis annis et super. sicut dominus imperarat. Quorum ista sunt nomina. Ruben primogenitus israhel. huius filius enoch: a quo familia enochitarum. Et phallus: a quo familia phalluitarum. Et esrom: a quo familia esromitarum. Et charini: a quo familia charinitarum. Hec sunt familiæ de stirpe ruben. Quarum numerus inuenitus est quadriginta tria milia: et septuaginta triginta. Filius phallus: elab. huius filij: namuhel et dathan et abiran. Istris sunt dathan et abiran principes populi. qui surrexerunt contra moysen et aaron in seditione chore quando ad uersum dominum rebellauerunt. et aperte in terra ossuum demorauit chore morientibus plurimis: quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. et factum est grande miraculum. ut chore perirent filii illius non morerentur. Filius symeon per cognationes suas: namuhel ab hoc familia namuhitarum. Iamin: ab hoc familia iaminitarum. Iachim: ab hoc familia iachimitarum. Zare: ab hoc familia zareitarum. Saul: ab hoc familia saulitarum. Hec sunt familiæ de stirpe symeon: quarum omnis numerus sunt virginis duo milia ducentorum. Filius gadi per cognationes suas: sephon. ab hoc familia sephonitarum. Aggi: ab hoc familia aggitarum. Sum: ab hoc familia sumitarum. Ozni: ab hoc familia oznitarum. Heri: ab hoc familia heritarum. Arod: ab hoc familia aroditarum. Arihel: ab hoc familia arieltarum. Iste sunt fami-

hec gad: quarum omnis numerus
 sunt quadraginta milia quingen-
 torum. Filii iuda: her et onan. Qui
 ambo mortui sunt in terra chana-
 an. Fueruntque filii iuda per cognatio-
 nes suas. sela aquo familia selitarum.
 Phares: aquo familia pharesitarum.
 Zare: aquo familia zaretarum. Por-
 ro filii phares: esrom. aquo familia
 esromitarum. Et amul: aquo fami-
 lia amulitarum. Iste sunt familie
 iuda: quarum omnis numerus sunt
 septuaginta milia quingentorum.
 Filii isachar per cognationes suas: tho-
 la aquo familia tholitarum. Phua:
 aquo familia phuaitarum. Iasub: a-
 quo familia iasubitarum. Semiran:
 aquo familia semiramittarum. hec
 sunt generationes isachar: quarum
 numerus sunt sexaginta quatuor
 milia tracentorum. Filii zebulon per
 cognationes suas: sare. aquo fami-
 lia sareditarum. Helon: aquo fami-
 lia helonitarum. Jahel: aquo fami-
 lia iahelitarum. hec sunt cognatio-
 nes zebulon: quarum numerus
 sunt sexaginta milia quingentorum.
 Filii ioseph per cognationes suas: ma-
 nasse et ephraim. De manasse ortus
 est machir: aquo familia machiri-
 tarum. Machir genuit galaad: a-
 quo familia galaaditarum. Gala-
 ad habuit filios: bicer aquo fami-
 lia bicriterarum. Et elec: aquo fa-
 milia elechitarum. Et asribel: aq
 familia asribelitarum. Et sehem:
 aquo familia sehemitarum. Et semi-
 da: aquo familia semiditarum. Et
 epher: aquo familia epheteritarum.
 Fuit autem epher pater salphaad:

qui filios non habebat sed filias tan-
 tum. Quarum ista sunt nomina.
 Malaia. et noa. eyla. et melcha. et
 therza. hec familie manasse: et nu-
 merus earum quinquaginta duo
 milia sepangentorum. Filii autem
 ephraim per cognationes suas: fuerunt
 hij. Suthala: aquo familia suthaci-
 tarum. Beher: aquo familia beche-
 ritarum. Geben: aquo familia te-
 hemitarum. Porro filius suthala. sunt
 beran: aquo familia heranitarum.
 hec sunt cognationes filiorum ephra-
 im: quarum numerus triginta
 duo milia quingentorum. Ibi sunt
 filii ioseph per familias. Filii ben-
 iamini in cognationibus suis: bale.
 aquo familia baleitarum. Azbel:
 aquo familia azbelitarum. Aram:
 aquo familia aramitarum. Su-
 pham: aquo familia suphamita-
 rum. Vpham: aquo familia upha-
 mitarum. Filii bale: hered et noe-
 man. De hered: familia heredita-
 rum. De noeman: familia noemi-
 tarum. Iij sunt filii beniamini
 per cognationes suas: quoru numerus
 quadraginta quinq; milia
 sexcentorum. Filii dan per cognatio-
 nes suas: subam aquo familia su-
 hamitarum. hec cognationes dan:
 per familias suas. Omnes fuere suba-
 mitae. Quoru numerus erat: sexa-
 gitata quatuor milia quadrigen-
 torum. Filii aser per cognationes suas:
 iemna aquo familia iannitarum.
 Iessui: aquo familia iessuitarum.
 Brie: aquo familia brietarum. Filii
 brie haber: aquo familia haber-
 tarum. Et melchihel: aquo fami-

milia melchihelitarū. Nomen autem filie aser: sunt sara. Hę cognationes filiorū aser: et numerus eorū quinquaginta tria milia quadrigentorum. Filiū neptalim per cognitiones suas: iessihel a quo familia iessibelitarum. Guni: a quo familia gunitarum. Jeser: a quo familia jeseritarū. Sellem a quo familia sellemitarū. Hę sunt cognationes filiorū neptalim per familias suas: quarū numerus quadrageinta quinq; milia quadrigentorum. Ista est summa filiorū isrl. qui recensi sunt: sexcenta milia et mille septuaginta triginta. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Iste dividetur terra: iuxta numerum uocabulorū in possessiones suas. Plurib; maiorem partem dabis: et pauciorib; minorē. Simplicis sicut nunc recensi sunt tradetur possessio: ita dum taxat. ut sorserit in tribub; dividat. et familijs. Quicquid sorte contingit: hoc uel plures accipient. uel pauciores.

Hic quoq; est numerus filiorum leui: per familias suas. Gerson: a quo familia gersonitarū. Caath: a quo familia caathitarum. Merari: a quo familia meraritarum. Hę sunt familię leui: familia lobini. familia ebronii. familia mooli. familia musi. familia cori. At vero caath genuit amram. Qui habuit uxorem iochabeth filiam leui: que nata est ei in egyp̄to. Hęc genuit uiro suo amrā filios: aaron et moyse mariam sororem eorū. Deaā

ron orti sunt nadab et abiu et elazar et ithamar. Quorū nadab et abiu et mortui sunt: cum obculissent ignē alienū coram dño. Eucruntq; omnes qui numerati sunt viginti tria milia generis masculini ab uno mense et supra: qui non sunt recensi inter filios isrl. nec eis cum ceteris est data possessio. Hic est numerus filiorum isrl: qui descripti sunt a moysē et eleázaro sacerdote in campis tribus moab. supra iordanen contra iherico. Inter quos nullus fuit eorū qui ante numerati sunt a moysē et aaron: in deserto synai. Predixerat enī dñs: quod omnes morrerentur in solitudine. Nullusq; remansit ex eis nisi chaleb filius iephone. et ioseue filius num. Accesserunt autē filię salpha ad filij epher filij galaad filij machir filij manasse qui fuit filius ioseph. quarū ista sunt nomina. malaā. et noa. et egla. et melcha. et thersa. steteruntq; coram moysē et eleázaro sacerdote et cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi sedem. atq; dixerunt. Pater noster mortuus est in deserto: nec fuit in seditione que concitata est contra dñm sub chore. sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur collectur nomen illius de familia sua quia non habet filium: Date nobis possessionē inter cognatos patris nři. Reculitq; moyses causam earū: ad iudicium dñi. Qui dixit ad eum. Iustam rem postulant filię salpha ad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui: et eim hereditatem succedat. A filios autem isrl loq̄ris

Cxxvii;

hęc. homo cum mortuus fuerit abs
q; filio: ad filiam eius transibit here
ditas. Si filiam non habuerit: habe
bit successores fratres suos. Quod si
et fratres non fuerint: dabitur heredi
tatum fratrib; patris eius. Si autem
nec patruos habuerit: dabitur here
ditas his qui ei p̄ximi sunt. Eratq; hoc
filii isrl̄ sc̄n lege perpetua: sicut pre
cepit dñs moysi. Dixit quoq; dñs ad
moysen. Ascende in monte istum a
barim: et contemplare inde terrā
quam daturus sum filii isrl̄. Cūq;
uideris eam. ibis et tu ad popl̄m tuū
sic iuit fr̄ tuus aarō: qui offendisti
me in deserto fin in contradictione
multitudinis. nec sanctificare me
uoluisti coram ea sup aquas. he sc̄
aque contradictionis in cades deser
ti fin. **Q**ui respondit moyses. Pro
uideat dñs d̄s sp̄uum omnis car
nis hominē qui sit sup multitudi
nem hanc. et possit exire et intra
re ante eos et educere illos uel in
troducere: ne sit popl̄s dñi sicut
oues absq; pastore. Dixitq; dñs ad
moysen. Tolle ioseue filium nun. ui
rum in quo est sp̄s dei: et pone ma
num tuam sup eum. Qui stabit co
ram eleazaro sacerdote et omni
multitudine: et dabis ei p̄cepta
cunctis uidentib; et partem glorie
tuę. ut audiat eum omnis synago
ga filiorū isrl̄. Pro hoc sicut agen
dum erit: eleazar sacerdos consulat
dñm. Ad uerbum eius egreditur et
ingreditur. ipse et omnes filii isrl̄
cum eo: et cetera multitudo. Fecit
moyses ut p̄cepterat dñs. Cumq;
tulisset ioseue: statuit eum coram

eleazaro sacerdote. et omni frequen
tia populi. Et impositis capta eius
manibus: cuncta replicauit que
mandauerat dñs. **Cxxviii;**
Dixit quoq; dñs ad moysen. Pre
pe filii isrl̄: et dices ad eos. Oblatio
nem meam. et panes. et incensum.
odoris suauissimi: offerre per tem
pora sua. Hęc sunt sacrificia: que
offerre debetis. Agnos anniculos
immaculatos duos coadiue: in holo
caustū sempiternum. Vnum offere
tū mane: et alterum ad uesperam.
Decimam partem ep̄bi simile que
conspsa sit oleo purissimo: et habe
at quartam partem hīm. Holocau
stum iuge est qđ obulisti in monte
synai: in odorem suauissimum in
censum dñi. Et libabitur uini quar
tam partem hīm p̄ agnos singulos:
in sanctuario dñi. Alterumq; agnū
similiter offeretur ad uespere uixta
omnen ritum sacrificij matutini
et libamentorū eius: oblationem
suauissimi odoris dño. Die autem
sabbati offeretus duos agnos annicu
los immaculatos: et duas decimas
simile oleo conspsę in sacrificio. et
liba que rite funduntur p̄ singula
sabbata. in holocaustum sempiter
num. In kalendis autē id est men
sium exordijs: offeretur holocaustū
dño. Uitulos de armento duos. ari
etiam unum. agnos anniculos septē
immaculatos. et uti decimas simile
oleo conspsę in sacrificio p̄ singulos
uitulos. et duas decimas simile oleo
conspsę p̄ singulos arietes: et deci
mam decimę simile ex oleo in sacri
ficio per agnos singulos. holocaustū

suauissimi odoris atq; incensum est dñō. Libamenta autē unū que p singulas fundenda sunt. uicimafista erunt. Media partib; p uitulos singulos. tercia parietem. quarta p agnum. Hoc erit holocaustum p omnes menses. qui sibi anno uerente succedunt. Hýrcus quoq; offeretur dñō pro peccato in holocaustum sempiter nū. cū libamentis suis.

Mense autē primo quarta decima die mensis phase dñi erit. et quinta decima die sollemnitatis. Septem dieb; uescenior azimis. Quarum dies prima uenerabilis et scā erit. Omne opus seruile non facies in ea. Offeretisq; incensum holocaustum dñō. Vitulos de armento duos. et arietem unū. agnos anniculos immaculatos septem. Et sacrificia singulorū ex simila que consp̄sa sit olco. tres decimas p singulos uitulos. et duas decimas parietem. et decimam decimam p agnum. qui simul sunt agni septem. Et hýrcum pro peccato qui offeretur in expiationem poplī p̄ter holocaustum kalendarium. cum sacrificiis suis. Et holocaustum sempiternum cum libationibus solutis eisdē ceremonijs offeretis. in odorem sua uissimū incensum dñō. Decima quoq; die mensis huius septimi erit uobis scā atq; uenerabilis. et affligentis amas uras. Omne opus seruile non facies in ea. Offeretisq; holocaustū dñō in odorem sua uissimū. Vitulū de armento unum. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem. Et in sacrificijs eorū. simile

sancta erit. Omne opus seruile non facies in eo. Offeretisq; holocaustū in odorem sua uissimū dñō. Vitulū de armento duos. arietem unū. et agnos anniculos immaculatos septem. Atq; in sacrificijs eorum. similē consp̄se oleo tres decimas p singulos uitulos. p parietes duas. p agnos decimam decimam. qui simul sunt agni septem. Hýrcum quoq; qui mandatur pro expiatione p̄ter holocaustū semper nū. et liba crus. Immaculata offeretis omnia. cū libationib; suis.

Mensis etiam septimi prima dies uenerabilis et scā erit uobis. Omne opus seruile non facies in ea. quia dies clangoris est et tubarum. Offeretisq; holocaustum in odorem sua uissimū dñō. uitulum de armento unum. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem. Et in sacrificijs eorū. simile consp̄se tres decimas per singulos uitulos. duas decimas parietem. unam decimam p agnum. qui simul sunt agni septem. Et hýrcum pro peccato qui offeretur in expiationem poplī p̄ter holocaustum kalendarium. cum sacrificiis suis. Et holocaustum sempiternum cum libationibus solutis eisdē ceremonijs offeretis. in odorem sua uissimū incensum dñō. Decima quoq; die mensis huius septimi erit uobis scā atq; uenerabilis. et affligentis amas uras. Omne opus seruile non facies in ea. Offeretisq; holocaustū dñō in odorem sua uissimū. Vitulū de armento unum. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem. Et in sacrificijs eorū. simile

xxix;

Dies etiam primitiorū quando offeretis nouas fruges dñō. expletis ebdomadibus. uenerabilis et

oleo conspice tres decimas per vitulos singulos. duas decimas parietem. decimam decimam pagnos singulos. qui sunt simul septem agnus. Et hircum pro peccato absq; his que offerri p de lito solent. in expiationem et holocaustum sempiternum. in sacrificio et libamina singulorum p vitulos et arietes et agnos. rite celebrabis. Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno. sacrificiaq; et libamine eius. Die quinta offeres vitulos nouem. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecim. Sacrificiaq; et libamina singulorum p vitulos et arietes et agnos. rite celebrabis. Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine.

Die sexto offeres vitulos octo. et arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecim. Sacrificiaq; et libamina singulorum p vitulos et arietes et agnos. rite celebrabis. Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno sacrificioq; et libamine. Die septimo offeres vitulos septem. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecim. Sacrificiaq; et libamina singulorum p vitulos et arietes et agnos. rite celebrabis. Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno sacrificioq; et libamine.

Die octavo qui est celeberrimus. omne opus seruile non facias: offertentes holocaustum in odorem suauissimum dñi. Vitulum unum. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem. Sacrificiaq; eius et libamina singulorum p vitulos et arietes et agnos. rite celebrabis. Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno. sacrificioq; eius et libamine. Hec offertus

dño in solennitatibus ur̄is.

Priores uota et oblationes spontaneas
in holocausto. in sacrificio. in libatione.
et in hostiis pacificis. **N**aria
uitq; moyses filii isrl omnia que ei
dñs imperarat. Et locutus est ad p̄n-
cipes tribuum filiorū isrl. **I**ste est ser-
mo quem pr̄cepit dñs. Si quis uiro
rum uotum dño uouerit. aut se
constrinxerit iuramento. non fa-
ciet in ita uerbum suum. sed om-
ne quod promisit implebit. **M**uli-
ter si quipiam uouerit et se constrī-
xerit iuramento que est in domo
patris sui. et in etate ad huc puellarū.
si cognouerit pater uotum qđ pol-
licita est. et iuramentū quod obli-
gauit animam suam et tacuerit.
uoti rea erit. Quicqđ pollicita est
et iurauerit. ope complebit. **S**i autē statim ut audierit contradix-
erit pater. et uota et iuramenta
eius irrita erunt. nec obnoxia tene-
bitur sponsioni. eo quod contradix-
erit pater. **S**in maritū habuerit et
uouerit aliquid scilicet uerbum de-
ort eius egrediens animam illius
obligauerit iuramento. quo die
audierit uir et non contradixerit.
uoti rea erit. reddet quodcumq;
pmiserat. **S**i autē audiens statim
contradixerit. et irritas fecerit pol-
licitationes eius uerbaq; quib; ob-
strinxerat animam suam. ppicius
erit deus. **V**idua et repudiata.
quicquid uouerint. reddent. **U**x-
or in domo uiri cum se uoto constrī-
xerit et iuramento. si audierit uir
et tacuerit nec contradixerit spon-
sioni. reddet quodcumq; pmise-

rat. **S**i autē exemplo contradixerit.
non tenebitur pmissionis rea. quia
maritus contradixit. et dñs ei ppicius
erit. **S**i uouerit et iuramento se con-
strinxerit. ut per ieiunium vel cetera
rum rerum abstinentiam affligat ani-
mam suam. in arbitrio uiri erit ut
faciat siue non faciat. **Q**uod si audiens
uiri tacuerit. in alteram diem distu-
lerit sententiam. quicqđ uouerat
atq; pmiserat reddet. quia statim
ut audiuit tacuit. **S**i autē contra-
dixerit postquam resuuit. portabit
ipse iniuriam eis. **I**ste sunt leges
quas constituit dñs moysi. inter ui-
rum et uxorem. inter patrem et fili-
am. que in puellarī ad huc etate est.
uel que manet in parentis domo.

Locutusq; est dñs ad moysen: di-
cens. Alascere prius filios isrl de ma-
dianis. et sic colligeris ad populum
tuum. **S**tatingq; moyses. armate m-
quit ex uobis uiros ad pugnam. qui
possint ultionem dñi expectare de
madianis. **M**ille uiri de singulis
tribub; eligantur ex isrl. qui initan-
tir ad bellum. **D**ederuntq; milenos
de cunctis tribubus. id est duodecim
milia expeditorum ad pugnam. **Q**uos
misit moyses cum fines filio eleaza-
ri sacerdotis. **V**asa quoq; sancta et
uibas ad clangendum tradidit ei.
Cumq; pugnassent contra madiani-
tas atq; uicissent. omnes maiores occi-
derunt. et reges eorum. cui. et tetem.
et sur. et ur. et rebé. quinq; princa-
pes gentis. **B**alaam quoq; filiu beor.
interfecerunt gladio. **C**eperuntq;
mulieres eorum et parvulos. Om-
niaq; pectora et cunctam suppelle-

ctilem quicquid habere potuerant:
de populati sunt. Tam urbes quā
vicios et castella: flamma consūp-
tit. Et tulerunt predam et uniuersa
quaē ceperant. tam ex hominibus
quam ex iumentis: et adduxerunt
ad moysen. et ad eleazarum sacerdo-
tem. et ad omnem multitudinem filio-
rum isrl. Reliqua etiam utensilia por-
tauerūt ad castī ī cōstrib; moab. iu-
xta iordanem: contra ihericho. Egres-
si sunt autē moyses et eleazar sacer-
dos et omnes principes synagoge in
occursum eorum: extra castra. Iratq;
moyses principib; exercitus tribu-
nis et centurionib; qui uenerant de
bello: ait. Cur feminas reseruastis?
Nonne iste sunt quaē deceperunt
filios isrl ad suggestionem balaāam.
et preuaricari fecerunt uos in dñō
sup peccato phegor unde et pausus
est populus? Ergo cunctos interfici-
te: quicquid est generis masculini. Et
iam paruulo et mulieres quaē noue-
runt uiros in coru: iugulare. Puellas
autē et omnes feminas uirgines reser-
uate uobis: et manete extra castra sep-
tem diebus. Qui occiderit hominem
uel occisum tetigerit: lustrabit̄ die
tertio et septimo. Et de omni preda
sive uestimentum fuerit sive uas et
aliquid in utensilia preparatum: de
capiarum pedibus et pilis et ligno
expiabit̄. Eleazar quoq; sacerdos
ad uiros exercitus qui pugnauerant:
sic locutus est. Hoc est preceptū legis:
quod mandauit dñs moysi. Aurum.
et argentum. et cū. et ferrū. et stagnū.
et plumbum. et omne quod potest
transire p̄ flammas: igne purgabit̄.

Quicquid autem ignem n̄ potest su-
stiner: aqua expiationis sanctifica-
bitur. Et lauabis uestimenta uia
die septimo: et purificati postea ca-
stra intrabis. Dixitq; dñs ad moy-
sen. Tollite summam eoru: quaē cap-
ta sunt ab homine usq; ad petus.
tu et eleazar sacerdos et principes
uulgi: diuidesq; ex equo predam
inter eos qui pugnauerunt in bel-
lo. unam animam de quingentis.
tam ex hominibus quā ex bovis
et asinis et oviib; et dabitis eam eleaza-
ro sacerdoti quia primitiē dñi sunt.
Ex media quoq; parte filiorū isrl:
accipies qui quagesimū caput. ho-
minum. et boum et asinorū et ovi-
um. cunctorūq; animalium: et da-
bis ea leuitis qui extubant in custo-
dijs tabernaculi dñi. Feceruntq;
moysē et eleazar: sicut precepit
dñs. Fuit autē preda quam exerit̄
ceperat: ouium sextenta septuagin-
ta quinq; milia. Boum: septuagin-
ta duo milia. Asinorum: sexaginta
milia et mille. Animē hominum
sexus feminæ quaē non cognoverūt
uiros: triginta duo milia. Dataq;
est media pars his qui in prelio fue-
rant. Ouium: tricentra triginta sep-
tem milia quingenta. Equib; in
partem dñi supplicati sunt oves
sextentā septuaginta quinq;. Et
de bovis triginta septem milibus:
boves septuaginta duos. De asinis
triginta milib; quingentis. asini
sexaginta unum. De animab; ho-
minum sexdecim milib; cesserunt
in partem dñi triginta due animē.
Tradiditq; moyses numerum pri-

et egressi s̄t ad bellū.
et inter omnē reliqū
multitudinem. Et sepa-
rabis partē dñō qab-
bis q̄ pugnauerūt. et
fuerunt.

mittarum dñi eleazarō sacerdoti.
sicut et fecerat impatum. ex media
parte filiorum isrl: quā separauē
rat his qui in prelio fuerant. De me-
dia uero parte quē conuenerat reli-
quē multitudini. id est de omnibus
trahens triginta septem milib; qn-
genas. et de bobus triginta sex mili-
bus. et de asinis triginta milibus
quinquaginta. et de bovinib; sexde-
cim milib;. tulit moysēs quinqua-
gesimum caput et dedit leuitis q
excubabant in tabernaculo dñi.
sicut precepérat dñs. Cumq; acce-
sissent principes exercitus ad moy-
sen et tribum. centurionesq; dixe-
runt. Nos serui tui recensimus
numerum pugnatorū quos habu-
imus sub manu nřa: et ne unus
quidem defuerit. Ob hanc causam
offerimus in donarijs dñi singuli
qd' in præda autē poterimus inue-
nire. per scelides. et armillas. anu-
los. et dextralia. ac mureculas. ut
depiceris p nobis dñm. Sustene-
runtq; moysēs et eleazar sacerdos
omne aurum in diversis specieb;
pondō sexdecim milia septugen-
tos quinquaginta fidos. atribu-
mis et centurionibus. Vnusquisq;
enī qd' in præda rapuerat suum
erat. Et suscepimus in tulerunt
in tabernaculum testimonijs. in
monumentū filiorū isrl coram dño.

G xxxii; **E**lij autē ruben et gad habebant
pecora multa: et erat illis in lumē-
tis infinita substantia. Cumq; ui-
dissent lazer et galaad ap̄tas alien-
dis animalib; terras: uenerunt ad
moysēs et ad eleazarum sacerdotē

et principes multitudinis atq; dixe-
runt. Astaroth. et dibon. et lazer. et
nembra. esbon. et eleale. et saban. et
nebo. et beon. terra quam percussit
dñs in conspectu filiorū isrl: regiois
uberrime est ad pastum animaliū.
Et nos serui tui: habemus numerū
plurima. Preteramurq; si inuenimus
grām coram te. ut des nobis famu-
lis cuius eam in possessionem: nec fa-
cas nos transire iordanē. Quibus
respondit moysēs. Numquid fra-
tres ur̄i ibunt ad pugnam et uos hic
selebitis? Cur subuerteritis mentes fili-
orum isrl: ne transire audeant in lo-
cum quem eis datur us est dñs. Non
ne ita egereunt patres ur̄i quando
mis̄i de cades barnāc ad explorandā
terram? Cumq; uenissent usq; ad
uallē botri: iustrata omni regione.
subuerterunt cor filiorū isrl. ut n̄
intraerent fines quos eis dñs dedit.
Qui iratus: iurauit dicens. Si vide-
bunt homines isti qui ascenderunt
ex egyp̄to a uiginti annis et supra.
terram quā sub iuramento pollui-
tus sum abraham ysaac et iacob: et
noluerunt sequi me. prius chaleb
filium iephone cenezeum. et iosue
filium nun. Isti impleuerunt uolun-
tatem meam. Iratusq; dñs ad uersū
isrl. circunduxit eum p desertum
quadraginta annis: donec consu-
meretur universa generatio quē
fecerat malum in conspectu eius.
Et ecce inquit uos surtexistis pro
